



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 5. Origo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

prædictos montes quos Peneus interluit, quorum descriptionem habes apud *Ælian* 3. Vari. cap. 1. Item multa ex diuersis auctori- bus collecta apud *Ortelium* ad calcem *Parergi*. Exinde factum ut loca peramœna omnia dicerentur *Tempe*.

Abundabat *equis* hæc regio, vnde & *Theffali* optimi equites habebantur: ideóque summopere affectata à *Philippo Macedo- ne Theffalia*, ut ope equitum *Theffalorum* maiora moliretur.

Habuit etiam & *Auraria Metalla*, ut loquitur *Iustinus* lib. 8. quæ *Philippus* occupauit, iisque vsus est ut conflaret *Philippeos*, qui- bus *Græcos* labefactauit.

N V M. 5. *Origo.*

*PELAGI* origine *Arcades* nomen habent, vel à *Pelafgo Rege*, vel ita dicti sunt quasi *Pelargi*, hoc est *Ciconis*, quia turmatim per vrbes *Græcas*, atque *Barbaricas* quondam errauere. Et primum quidem habitauere *Achaicum Argos* propemodum sex ætates: deinde in *Æmoniam* Ducibus *Phthio* atque *Pelafgo* transierunt. Hic cum vixissent 6. quoque ætates, eiekti sunt à *Curetibus*, & *Lelegibus*, qui *Ætoli*, & *Locri* dicti sunt, pulsique secesserunt partim in *Insulam Cretam*, *Cycladas*, *Lemnum*, *Imbrum*, *Hestioti- dem*, *Bœotiam*, *Phocidem*, *Eubæam*, *Hellepontum*, *Asiam*, vbi incoluere *Mœoniam*, partim ad *Dodonæos* consanguineos suos: quibus cum se graues viderent in *Italiã* transmisere, vbi & se *Aborigi- nibus* coniunxere. *Achæi* demum *Theffalo Thesprotio* du- ce in *Pelafgorum* regionem commigrarunt, eamque cum de *Du- cis* nomine dixissent perpetuam elegere sedem.

N V M. 6. *Mores.*

QVAM fuerint *Theffali* splendidi, atque diuites, inde potissi- mum intelliges, quod eorum deliciis maximè euocatos *Perfas* tradat *Athenæus*.

Primi omnium mortalium signasse monetam auream, & argen- team perhibentur. *Plinius*.

Magia quanto hic in vsu fuerit leges apud *Plinium*, lib. 3. cap. 1. vnde artes *Theffalæ*, & *Theffalicae artes* pro Magiã, & Magis vfur- patæ sunt. Harum *Magarum* hoc erat proprium, ut suis incanta- tionibus de cælo *Lunam* detraherent.

Vfos fuisse *Theffalos* longiori stolâ, quæ postmodum à *Tragæ-*